

M E T H O D V S F O R M A N D I  
C O N C I O N E M.

**T**raclaturus pro concione textum Scripturae, primo omnium inspiciat & consideret eius scopum, quid & quorsum id dicatur, quid probare velit aut innuere. Iste scopus vel per se manifestus est ex textu: vel consideratur & eruitur ex antecedentibus & consequentibus.

Per spectro scopo, inde de exordio commo-  
do cogitandum est.

Illud autem etsi liberum & varium est, tamen plerunque petitur; 1, Ex re ipsa, ita ut illud affinitatem quandam habeat cum textu, qui tractandus est. 2, vel à dicto communi Scripturae, vel alio, quod mox ad presentem textum est accommodandum. 3, vel à repetitione, ubi ea quae in priori concione diximus, repetimus, ut auditoribus in mentem reuocetur. 4, vel à connexionione, ita ut ostendatur connexio, quomodo hic textus cum superioribus cohaereat.

Virtutes exordii hic etiam tenenda. 1, Sint breuia. 2, Explicent breuiter textum propositum. 3, Sint domestica, hoc est, cum re quae tractatur, coniuncta.

Exordio inuento, Propositio textus perspicuis